

**8226** [C. Marcus Her]mes ex tribu | . . . . . [seni]orum<sup>1</sup>, hoc mo-  
ni[mentum et arca]m comparavit virgine[ae suae Ma]rciae Helpidi libertae |  
idem coniugi carissimae et sibi et | C. Marcio Victori, et libertis liberta-  
busque suis posterisque eorum, ne de | nomine meo exiat. Quod si quis  
id mo[nimentum partemve eius vendere quis vo[let] vel donationis causa  
cui mancipare | voluerit aliove quo nomine eius monumenti | partem  
alienare temptaverit, dare damnas esto | aerario populi Romani SS  $\overline{\text{XV}}$   
m. n., et collegio | pontificum ss.  $\overline{\text{XV}}$  m. n.<sup>2</sup>, et emptor et venditor<sup>3</sup>. |  
Comparatu autem est de SS  $\overline{\text{VIII}}$  m. n. | H. m. d. m. a. H. m. ext.  
h. n. s.<sup>4</sup>

*Romae (VI 40219 descripsit Smelius aliique).* — 1) Sic, vel [iuni]orum;  
cf. supra N. 6061 cel. — 2) Similiter fisco et collegio pontificum nulla destinatur  
VI 8548. — 3) Cf. N. 8229. — 4) Huic monumento dolus malus abesto. Hoc mo-  
numentum exterum heredem non sequetur.

**8227** d. m. | P. Aelio Aug.<sup>1</sup> lib. | Erasino dulcissimo | et pientis-  
simo, | Aemilia Helene coniunx | et PP. Aelii Aug. lib. | Musicus et Hele-  
nus filii | fecerunt et sibi et suis libertis liber[tabusque] posterisque eo-  
rum, | ita ne liceat hunc munimentum vendere | vel donare; quod si  
factum fuerit, | utrisque<sup>2</sup> ark. pontificum |  $\overline{\text{HS XXX}}$  m. n. poenae nomine |  
inferet. H. m. d. m. a.

*Romae, iam Oxonii (VI 40682 vidit Huebner).* — 1) Augusti, sc. Hadriani.  
Antiquior igitur titulus quam is quem Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 70 not. 3 anti-  
quissimum documentum putavit multarum arcae pontificum destinatarum. — 2) Scr.  
uterque (sc. et venditor et emptor, cf. N. 8226. 8229). De utrisque arcis pontificum  
cogitavit Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 70 not. 8.

**8228** d. m. | T. Aelius Aug. lib. Saturninus | et Aelia Glyconis in-  
felicissimi | parentes hunc munimentum comparavi[mus] nobis et T. Aelio  
Saturnino filio | nostro dulcissimo, qui vixit annis VI | mensibus VIII  
dib. XVI horis VI, et libertis | libertabusque posterisque aeorum. | Post  
obitum nostrum quisque hunc | munimentum dolo malo donationis | causa  
tradedisse voluerit, | compellabitur a<sup>1</sup> pomtices (sic) | poenae nomine  
SS  $\overline{\text{XXX}}$  n.

*Romae (VI 40794 vidit Henzen).* — 1) Scr. ad vel apud. Cf. N. 7947.

**8229** d. m. | Aur. Maximianus Aur. Olympiadi | fil. dulcissimae,  
quae vix. an. XXII m. X | d. XXVI, et Publiciae Carpodorae eius, et |  
lib. libertabusq. suis posterisq. eorum f. | Si quis hoc sepulchrum vel moni-  
mentum | cum aedificio universo post obitum | meum vendere vel donare  
voluerit | vel corpus alienum invehere velit, | dabit poenae nomine ark.  
pontif.  $\overline{\text{HS C}}$  n., | et ei cui donatum vel venditum fuerit, | eadem poena  
tenebitur.

*Romae (VI 45152 descripsit Smelius aliique).*

**8230** Cl. Amazonius (sic) v. e.<sup>1</sup>, maritus | Marciae Aurel. Alexandriae